Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-345798-p0001-9

[illegible]

Queritur si linea

[illegible]

Inde potest queri

[illegible]

C. e. 6

Publii Vergilii Maronis Moretum

IAm nox hybernas biſquinqꝫ p̄egerat horas
Excubitorqꝫ diem cantu predixerat ales:
Simulus exigui cultor cum ruſticus horti
Triſtia venturae metuens ieiunia lucis
Membra leuat vili ſenſim demiſſa grabato
Sollicitaqꝫ manu tenebras explorat inertes
Veſtigatqꝫ focum: laeſus quem deniqꝫ ſenſit
Paruulus exuſto remanebat ſtipite fumus
Et cinis obductae celabat lumina prunae.
Admouet his pronam ſubmiſſa fronte lucernam.
Et producit acu ſtuppas humore carentes.
Excitat et crebris languentem flatibus ignem.
Tandem concepto tenebre fulgore recedunt
Oppoſitaqꝫ manu lumen defendit ab aura
Et reſerat clauſa quae preuidet oſtia claui.
Fuſus erat terra frumenti pauper aceruus:
Hinc ſibi depromit quantum menſura petebat
Quae bis octenas excurrit pondere libras.
Inde abit: aſſiſtitqꝫ mole: paruaqꝫ tabella
Quam fixam paries illos ſeruabat in vſus
Lumina fida locat: geminos tunc veſte lacertos

Liberat: et cinctus villoſae tegmine caprae
Peruertit caudaq; cauū gremiumq; molarū.
Aduocat inde manus operi partitus vtranq;
Leua miniſterio dextra eſt intenta labori
Haec rotat aſſiduis gyris: et concitat orbem.
Trita ceres ſilicum rapido decurrit ab ictu
Interdum feſſae ſuccedit leua ſorori
Alternatq; vices: modo ruſtica carmina cantat:
Agreſtiq; ſuum ſolatur voce laborem.
Interdum clamat Cybalen: erat vnica cuſtos
Aphra genus tota patriam teſtante figura.
Torta comam: labroq; tumens: et fuſca colore:
Pectora lata iacent mammis: compreſſior aluo
Cruribus exilis: ſpacioſa prodiga planta:
Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.
Hanc vocat: atq; arſura focis imponere ligna
Imperat: et flamma gelidos adolere liquores.
Sed poſtq̃ impleuit iuſtum verſatile finem
Tranſſert inde manu fuſas in cribra farinas:
Et quatit: ac remanent ſummo purgamina dorſo
Subſidit ſincera: foraminibuſq; liquatur

Emendata ceres: leui tum protinus illam
Componit tabula: tepidas ſuperingerit vndas.
Contrahit admixtas tum frondes: atqꝫ farinas
Tranſuerſat durata manu liquidoqꝫ coactu
Interdum grumos ſpargit ſale: iamqꝫ ſubactū
Leuat opus: palmiſqꝫ ſuū dilatat in orbem.
Et notat impreſſis aequo diſcrimine quadris.
Infert inde foco: Cybale mundauerat aptum
Ante locum: teſtiſqꝫ tegens ſuperaggerat ignes.
Dumqꝫ ſuas peragit vulcanus: veſtaqꝫ partes:
Simulus interea vacua non ceſſat in hora
Verum aliam ſibi quaerit opem: ne ſola palato
Sit non grata ceres: quas iungat comparat eſcas
Non illi ſuſpenſa focis carnaria iuxta
Durati ſale terga ſuis: trunciqꝫ vacabant.
Traiectus medium ſparto: ſed caſeus orbem
Et vetus aſtricti faſcis pendebat anethi
Ergo aliam molitur opem ſibi prouidus heros.
Hortus erat iunctus caſulae: quem vimina pauca
Et calamo redimita leui munibat arundo.
Exiguus ſpacio: variis: ſed fertilis herbis.

Nō illi deerat: quod pauperis exigit vſus.
Interdum locuples a paupere plura petebat
Nec ſumptus erat illud opus ſed regula curae
Si quando vacuū caſula pluuiae ue tenebant:
Feſta ue lux. ſi forte labor ceſſabat aratri
Horti opus illud erat: varias diſponere plantas
Norat: et occulte committere ſemina terre:
Vicinoſq; apte cura ſummittere riuos.
Hic holus: hic late fundentes brachia betae:
Foecunduſq; rumex: maluaeq;: inulaeq; virebant:
Hic cicer: et capiti nomen debentia cepe:
Hic etiam nocuū capiti gelidumq; papauer:
Grataq; nobiliū requies lactuca ciborum:
Et grauis in latum dimiſſa cucurbita ventrem.
Verum hic non domini (.quis em̄ contractior illo.)
Sed populi prouentus erat: notiſq; diebus
Venales holerum faſces portabat in vrbem.
Inde domum ceruice leuis: grauis aere redibat:
Vix vnq̄z vrbani comitatus merce macelli.
Cepa rubens: ſectiq; famem domat area porri:
Quaeq; trahunt acri vultus naſturtia morſu:

Intibaqꝫ : et venerem reuocans eruca morantem.
Tunc quoqꝫ tale aliquid meditās intrauerat hortū:
Ac primū leniter digitis tellure refoſſa
Quattuor educit cum ſpiſſis allia fibris:
Inde comas apiū graciles : rutamqꝫ rigentem
Vellit : et exiguo coriandra trementia filo.
Haec vbi collegit : letum conſedit ad ignem:
Et clara famulam poſcit mortaria voce.
Singula tum capitum numeroſo cortice nudat
Et ſummis ſpoliat coriis : contemptaqꝫ paſſim
Spargit humi: atqꝫ abiicit ſeruatū gramine bulbū
Tingit aqua : lapidiſqꝫ cauū demittit in orbem.
Hic ſalis inſpargitqꝫ micas : ſale durus aduſto
Caſeus adiicitur : dictas ſup̄ inſerit herbas:
Et leua veſtem ſetoſa ſub inguina fulcit.
Dextera piſtillo primū fragrantia mollit
Allia : tum pariter mixto terit omnia ſucco:
It manus in gyrum : paulatim ſingula vires
Deperdunt proprias : color eſt e pluribus vnus.
Nec totus viridis : quia lactea fruſta repugnant.
Nec de lacte nitens : quia tot variatur ab herbis.

Saepe viri nares acer iaculatur apertas
Spiritus: et ſummo damnat ſua prandia vultu.
Saepe manu ſumma lachrymantia lumina tergit.
Immeritoqꝫ furens dicit conuitia fumo.
Procedebat opus: non iam ſalebroſus vt ante:
Sed grauior lentos ibat piſtillus in orbes.
Ergo palladij guttas inſtillat oliui:
Exiguiqꝫ ſuper vires infundit aceti:
Atqꝫ iterum commiſcet opus: mixtūqꝫ retractat.
Tum demū digitis mortaria tota duobus
Circuit: inqꝫ globum diſtantia contrahit vnum:
Conſtet vt effecti ſpecies nomenqꝫ moreti.
Eruit interea Cybale quoqꝫ ſedula panem:
Quem recipit lotis manibus pulſoqꝫ timore
Hinc famis: inqꝫ diem ſecurus Simulus illam
Ambit crura ocreis paribus: tectuſqꝫ galero:
Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos:
Atqꝫ agit in ſegetes: et terrae condit aratrum.

¶ Impreſſum Liptzk ꝑ Jacobū
Thanner

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-345798-p0011-5

AB: 56224

X 1388932

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-345798-p0012-1

[illegible] ad [illegible] adduna [illegible]
[illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] aliqua [illegible]

[illegible] relativi

[illegible] ponit aliud in predicamento [illegible]
[illegible] de quo [illegible]
[illegible] obliqui [illegible]
[illegible] obliquo [illegible]

[illegible]

[illegible] multociens

[illegible] ponit aliud in predicamento [illegible]
[illegible]

Mobilis et fixi

Tertia [illegible] principalis in qua [illegible]
[illegible]

[illegible]



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-345798-p0014-2

Publii Vergilii Maronis Moretum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-345798-p0015-8